



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XL. Markgraf Albrecht II. bestätigt dem Domcapitel alle Besitzthümer und Gerechtsame, am 18. October 1209.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**XXXIX.** Der Bischof Balduin bestätigt dem Domcapitel die Schenkung der Kirchen in Dehne und Göhlsdorf, am 25. Dezember 1208.

— Ego Baldevinus, dei gratia Brandenburgensis episcopus — ob spem vite perhenis et ad instantiam dilecti ac fidelis nostri, Brandenburgensis prepositi, ecclesias in villis Oyne et Golystorp, in Juterbuch sitis, ecclesie Brandenburgensi contulimus sub ea determinationis forma, ut sacerdos Regenardus, canonicus sancti Nicolai in Magdeburg, qui nunc eas a nobis tenet, ipsas absque stipendii sui dispendio, quoad vixerit, a nobis teneat, post obitum autem ipsius prefata Brandenburgensis ecclesia possessione et usufructu earum libere gaudeat. — adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Gunzelinus, prepositus Brandenburgensis et archidiaconus, Baldevinus, ejusdem ecclesie prior, Henricus custos, Rudolphus, cellerarius, Godescalcus, plebanus in Cechow, Hinricus, plebanus in Parduin, et totus ejusdem ecclesie conventus, Daniel, plebanus in Nauen, Theodericus, plebanus in Bredow, Hilduinus, plebanus in Buzow, Baldevinus, plebanus in Prizerve, urbani Brandenburgenses Burchardus de Plotzeke, Rodolphus de Weddinge, Conradus de Stoltenhagen, Hinricus de Stegeliz et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec in ecclesia Brandenburgensi, anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. indict. XI. concurrente secunda, VIII. Kal. Januarii.

Nach der Copie im Specialbuche.

Anm. Nach der Indiction gehört die Urkunde in das Jahr 1208. Ebenso bei Gercken nach dem Abdrucke nach dem Original in der Stiftsbibl. S. 405.

**XI.** Markgraf Albrecht II. bestätigt dem Domcapitel alle Besitzthümer und Gerechtsame, am 18. October 1209.

— Adelbertus secundus, dei gratia marchio in Brandeburch. Dignos remuneratione perpetua de domini ac salvatoris nostri Christi Jhesu speramus misericordia, quos caritas ad proximorum maximeque deo militantium invitat et impellit sublevandam necessitatem et inopiam, grandis siquidem contra servos dei lucta preparatur, cum his, qui divinis obsequiis se totos dederunt a bono contemplationis abstracti litibus foralibus adesse compelluntur. Ea propter, ut omnis controversie materia conquiescat, notum fieri dignum duximus tam futuris quam presentibus, quod nos ob spem divine remunerationis ecclesiam cathedralem in urbe Brandeburch a pie memorie rege Ottone in honore dei et beati Petri, apostolorum principis, fundatam et constitutam, modis omnibus exaltare et honorare decrevimus et canonicos ordinis Premonstratensis, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam a Wiggero, bone memorie, Brandeburchensi episcopo, in ecclesia beati Godehardi in civitate Parduin primo fuerant constituti, postea vero a Willemaro, venerabili ejusdem ecclesie episcopo consilio et ope Wigmanni, Magdeburgensis archiepiscopi, atque avi nostri, marchionis Adelberti, nec non et patris nostri marchionis Ottonis cooperante juvamine, in sedem episcopalem urbis Brandeburch sunt transpositi, sicut pie recordationis frater noster marchio, Otto secundus, in suam suscepit defensionem, et nos quoque sub nostra protectione suscipimus eisque omnimodam libertatem, quam clericis imperialis sanctio divinitus per ora principum promulgata promisit seu etiam canonica constitutio contradidit, et

nos quoque perpetuo jure inconvulsam et illibatam manere discernimus. Insuper et homines ecclesie ab omni servitio et exactione, hospitii, seu etiam quibuslibet vexationibus, a quibuscumque personis liberos et perpetuum tranquillitate gaudere permittimus, excepta advocatia et communi edificatione castri, sub quo bona ecclesie sunt sita, et justo bello pro patria. Preterea eidem ecclesie cathedrali et canonicis, in ea deo militantibus, omnes ecclesias, villas, mansos et omnia ab antecessoribus nostris sive ab aliis oblata jure perhenni manere propriisque designare vocabulis dignum judicavimus: locum ipsum videlicet, in quo dicta ecclesia sita est, in urbe sepius memorata, cum omnibus attinentiis suis; ecclesiam beati Godohardi in civitate Parduin cum curia adjacente, ecclesiam beati Nicolai in Lucberge cum manso et tertia parte decimarum; ecclesiam beate Marie in Harlungberch cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, fundum secus aquam, in quo situm est hospitale, cum suis attinentiis, et curiam Krakowe; villas etiam Bukowe, Garzeliz, Mufeltiz, Bultiz, Kik cum omnibus attinentiis earum; villam Gorne cum duobus lacubus adjacentibus, Zumith scilicet et reliquo lacu proximo ville Gorne cum omni utilitate; villas insuper Thure, Tremene, Muczowe cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis; ecclesiam Thure cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, scilicet Itfin, Crelin, Bauwersdorp, et quecumque ville ibi fuerint; duas preterea partes decime de villa Bauwersdorp, ecclesie Brandenburgensi attinentes; centum mansos in Szucha justo donationis titulo cum omnibus attinentiis suis a patre nostro et fratre oblatos; quinque modios falis majoris mensure de theloneo Brandeburch solvendos annuatim, villam Damme, a Rodolpho de Jericho, patri nostro resignatam et ab eodem ecclesie traditam; decimas quoque ejusdem ville a Willemaro episcopo Brandenburgensi oblatas; villam Plüf- fin cum omnibus attinentiis suis a patre et fratre nostro oblatam; molendinum in Klinke, sex areas in Parduin, ecclesiam Zachowe cum dote sua, scilicet duobus mansis et totam decimam ejusdem ville; et tertiam partem decimarum de villis ad eandem ecclesiam pertinentibus, videlicet Parne, Lodiz, Werdere; ecclesiam in Goliz cum dote sua, scilicet duobus mansis et tertiam partem decimarum ville Wachowe pertinentibus ecclesie in Goliz, duos mansos in Wachowe a Johanne de Plote patri nostro resignatos et ecclesie Brandenburgensi ab eo collatos; ecclesiam in Nibede cum dote sua, duobus videlicet mansis, et tertiam partem decime de villa Suanebeke; villam Sconlo, in qua sunt triginta mansi, cum omni integritate, villam Vrisdorp, quam Evererus de Lindowe a patre nostro in feodo tenuit et ei resignavit, qui eandem ad cathedralis ecclesie fabricam construendam jure perhenni contradidit; villam Crelin cum omnibus attinentiis, cultis et incultis, silvestribus et palustribus, quam frater noster Otto marchio sepius dicte contulit ecclesie; preterea duas lacunas ad capiendos pisces, unam in Obola in superiore parte castri, aliam in stagno fecus hospitale. Igitur donationem, sicut prediximus, ab antecessoribus nostris seu aliis dicte cathedrali ecclesie factam, ratam et intemeratam perpetuis temporibus manere volumus, omnibus in contrarium venientibus penam, quam gloriosus Romanorum imperator Fridericus jam dicte ecclesie perturbatoribus imponit, intentantes. Et ut hec omnia perpetua firmitate subsistant, scriptum prefens sigilli nostri impressione communivimus. Hujus rei testes sunt Gunzellinus, Brandenburgensis prepositus et archidiaconus, Henricus, camerarius, Theodericus, scholasticus, Rodolfus, celerarius, Gernotus, Henricus, sacerdotes et Brandenburgenses canonici, Balduinus de Lanin quondam abbas, Henricus, canonicus sancti Sebastiani in Madeburch, Godofridus, Arnoldus, Henricus, canonici in Stendale, Borgardus de Nedicem, Jonas de Osterborch, sacerdotes; laici Theodoricus dapifer, Ervinus in Brandeburch, Albertus in Spandowe, advocati, et alii quam plures clerici, milites et laici. Acta sunt hec anno do-

minice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. epacta XII. indict. XII. concurrente III., XV. Kal. Novembris, regnante domino Ottone, Romanorum imperatore, in nomine domini nostri Jhesu Christi. Actum Brandeburch feliciter. Amen.

Nach dem Originale. — Ungenau bei Gerden, Stiftsch. S. 406.

**XLI.** Bischof Balduin von Brandenburg bestätigt die zu Zeiten seines Vorgängers von Richard von Zerbst vorgenommene Einrichtung eines Hospitales zu Zerbst, i. J. 1213.

Balduinus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus — memorie commendatum esse volumus, Quod felix in Christo recordationis Richardus de Scherewifh in fundo proprietatis sue prope Scherewifh Hospitale pauperum construxit, Cui in presentia bone memorie Antecessoris mei Episcopi Norberti et presentibus Balduino, Daniele, Volperto, tunc plebanis Scherewifh, et fratribus suis Heinrico de Plaue, Gumperto de Wefenburch, cum heredum suorum bona voluntate, assignavit XXIII. Iugera prati, adjacentia curie eiusdem hospitalis, mansum et dimidium, tria Arbusa prope Anchun, octo choros, qui in vulgari Winfcepte, filiginis de molendino prope idem hospitale sito, duos Winfcepte tritici, duos porcos inpingandos, insuper et stagnum eiusdem molendini cum omni usu piscium et graminis, quinque Winfcepte ordei de villis Lubethowe item decem Winfcepte filiginis et totidem auene de villa Stokelitz, licentiam depascendi gregem in loco, qui dicitur Muchele, Ad instantiam — vidue eiusdem R. — duximus confirmandum. Testes — laici Gumpertus, Nicolaus de Brizne, Richardus de Plauwe, Gumpertus de Louburch, Arnoldus de Trebin, Vredhelmus de Borch, Conradus Quartir etc. Datum Anno Dominice incarnationis M. CC. tertio decimo, Anno Pontificatus nostri septimo, Scherewifh.

Vollständig in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 225.

**XLII.** Bischof Balduin von Brandenburg bestätigt das Nonnenkloster zu Zerbst, am 8. Juni 1214.

— Ego Balduinus, Dei Gratia Brandenburgensis Episcopus. Ne ob labantis temporis cursum aut per oblivionis caliginem, ea, que pia fidelium devotione rationabiliter disponuntur, dampnosa in posterum contrarietas intercipiat, opere pretium rati sumus interponere scripta nostra, que hec posteritati elucident et distinguant. Notum itaque facimus universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod nobilis matrona, Domina videlicet Ida, et filii ejus, sc. Richardus, Henricus et Fredericus de Scerewifh, divine remunerationis obtentu, in proprietatis sue fundo, prope ipsum oppidum, ubi hospitale pauperum haecenus exstitit, Cenobium Sanctimonialium, que secundum regulam Beati Benedicti Deo jugiter famulantur, aliarumque feminarum, que ejusdem professionis existunt, in nigro habitu, cantu et in victu ritum teneant, exstruxerunt, possessiones, que aliquando dicto hospitali fuerunt assignate, de Domini Alberti Sancti Magdeburgensi ecclesie Archiepiscopi, Apostolice